

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Christophoro Szydtowicio Galatino
Cracoviensi Cancellario —

241

M^o M^o g^o et^o
Miramur vehementer, quod tam diu
nihil nobis nuntii nostri ex Neapoli
significand^o. Negligitur haec res tota
ut prorsus nescimus, quid facere debea-
mus. Invitare enim hospites, non ha-
bita certâ illino scientiâ non licet.
et iterum sero invitare, levitas, et rîdi-
culum. Quare, sumus valde perplexi
et anxii. Postulam^{us}que à tua S^{te} ut
cumprimam literas illino venerind^o.
ad nos, eas sine ulla mora mîddi faci-
ad. Volumus verò, ut jam Illino Fi-
liis nostris, Cracoviam deducantur,
et in Domo Illis Designata collocentur.
Quod tua S^{tas} disponat. Et bene va-
leat. Dato Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Decimo Septimo —

D D

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and mirroring.]

